

x·rite

colorchecker CLASSIC

TS6942 docs AFA-00123 A-377(5)

DIE XVII APRILIS

S. CYRILLI EPISCOPI

HIEROSOLYMITANI

Conf. et Ecclesiae Doctoris.

DUPLEX MINUS.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, praeter sequentia.

In utrisque Vesperis ad Magnificat Ant. O Doctor. In hymn. Meruit supremos.

Oratio.

Da nobis, quaesumus omnipotens Deus, beato Cyrillo Pontifice intercedente, Te solum verum Deum, et quem misisti Iesum Christum ita cognoscere; ut inter oves, quae vocem eius audiunt, perpetuo connumerari mereamur. Per eundem Dominum.

IN PRIMO NOCTURNO.

Lectiones Fidelis sermo de Comm. I loco: extra Quadragesimam de Scriptura occurrente.

IN SECUNDO NOCTURNO.

Lectio IV.

Cyrillus Hierosolymitanus, a teneris annis divinarum scripturarum studio summopere deditus, adeo in earum scientia profecit, ut orthodoxae fidei strenuus assertor evaserit. Monasticis institutis imbutus, perpetuae continentiae, omni-que severiori vivendi



0123

52





CODEX
OFFICII
DIVINI



AFA-00123







DIE XVII APRILIS

S. CYRILLI EPISCOPI

HIEROSOLYMITANI

Conf. et Ecclesiae Doctoris.

DUPLEX MINUS.

*Omnia de Communi
Confessoris Pontificis,
præter sequentia.**In utrisque Vesperis
ad Magnificat Ant. O
Doctor. In hymn. Meruit
supremos.**Oratio.*

Da nobis, quaesumus
omnipotens Deus, beato
Cyrillo Pontifice interce-
dente, Te solum verum
Deum, et quem misisti
Iesum Christum ita co-
gnoscere; ut inter oves,
quae vocem eius au-
diunt, perpetuo connu-
merari mereamur. Per
eumdem Dominum.

IN PRIMO NOCTURNO.

*Lectiones Fidelis ser-
mo de Comm. I loco:
extra Quadragesimam
de Scriptura occurrente.*

IN SECUNDO NOCTURNO.

Lectio IV.

Cyrillus Hierosolymi-
tanus, a teneris annis
divinarum scripturarum
studio summopere dedi-
tus, adeo in earum scien-
tia profecit, ut orthodo-
xae fidei strenuus assertor
evaserit. Monasticis in-
stitutis imbutus, perpe-
tuae continentiae, omni-
que severiori vivendi

rationi se addictum voluit. Postquam a sancto Maximo Hierosolymae Episcopo presbyter ordinatus fuit, munus verbi divini fidelibus praedicandi et catechumenos edocendi summa cum laude implevit, atque illas vere mirandas conscripsit catecheses, quibus totam ecclesiasticam doctrinam dilucide et copiose complexus, singula religionis dogmata contra fidei hostes solide propugnavit. Ita vero in his enucleate et distincte disseruit, ut non solum iam exortas haereses, sed futuras etiam quasi praesagiens everterit, quemadmodum praestitit asserendo Corporis et Sanguinis Christi realem praesentiam in mirabili Eucharistiae sacramento. Vita autem functo sancto Maximo, a provinciae episcopis in illius locum suffectus est.

R). Inveni David.

Lectio V.

In Episcopatu iniurias multas et calamitates, non secus ac beatus Athanasius, cui coaevus erat, ab Arianorum factionibus fidei causa perpessus fuit. Hi enim aegre ferentes Cyrillum vehementer haeresibus obsistere, ipsam calumniis aggrediuntur, et in conciliabulo depositum e sua sede deturbant. Quorum furori ut se subtraheret, Tarsum Ciliciae aufugit, et quoad vixit Constantius, exilii rigorem pertulit. Post illius mortem, Iuliano Apostata ad imperium evecto, Hierosolymam redire potuit, ubi ardenti zelo gregi suo ab erroribus et a vitiis revocando operam navavit. Sed iterum, Valente Imperatore, exula-

re coactus est, donec, reddita Ecclesiae pace per Theodosium Magnum, et Arianorum crudelitate audaciaque repressa, ab eodem Imperatore tamquam fortissimus Christi athleta honoribus susceptus suae sedi restitutus fuit. Quam strenue et sancte sublimis officii sui munia impleverit, luculenter apparet ex florenti tunc temporis Hierosolymitanae ecclesiae statu, quem sanctus Basilius loca sancta veneraturus, ibi aliquandiu commoratus, describit.

R). Posui adiutorium.

Lectio VI.

Venerandi huius Prae-
sulis sanctitatem coelestibus signis a Deo fuisse illustratam, memoriae traditum accepimus. Inter haec recensetur praecleara Crucis, solis radiis

fulgentioris, apparitio, quae episcopatus eius initia decoravit. Huiusmodi prodigii ethnici et christiani testes oculares fuerunt cum ipso Cyrillo, qui gratis primum in Ecclesia Deo redditis, illud per epistolam Constantio Imperatori narravit. Nec minus admiratione dignum, quod Iudaeis templum a Tito eversum restaurare ex impio Imperatoris Iuliani iussu conantibus, evenit. Vehementi enim terrae-motu oborto, et ingentibus flammaram globis e terra erumpentibus, omnia opera ignis consumpsit, ita ut Iudaei et Iulianus deterriti, ab incepto destiterint; prout scilicet indubitanter futurum Cyrillus praedixerat. Qui demum paulo ante obitum Concilio Constanti-nopolitano secundo interfuit, in quo Macedonii haeresis, et iterum Aria-

na condemnata est. Ac Ierusalem inde reversus, fere septuagenarius, trigesimo quinto sui episcopatus anno, sancto fine quievit. Eius Officium ac Missam Leo decimus tertius Pontifex Maximus ab universa Ecclesia celebrari mandavit.

R. Iste est, qui ante Deum.

IN TERTIO NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio VII. Cap. 10.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Cum persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam. Et reliqua.

Homilia sancti Athanasii Episcopi.

In Apol. de fuga sua,
ant. med.

In lege praeceptum

erat ut constituerentur civitates refugiorum, ut qui, quomodocumque ad necem quaerentur, servari possent. In consummatione porro saeculorum, cum advenisset illud ipsum Verbum Patris, quod Moysi antea locutum fuerat, rursus hoc praeceptum dedit: Cum vos, inquit, persecuti fuerint in civitate ista, fugite in aliam. Pauloque post subjicit: Cum videritis illam abominationem desolationis, quae dicta est per Danielem prophetam, consistentem in loco sancto, (qui legit, intelligat), tunc qui in Iudea sunt, fugiant ad montes; et qui in tecto est, ne descendat tollere aliquid de domo sua; et qui in agro est, non revertatur tollere tunicam suam.

R. Amavit eum Dominus.



Lectio VIII.

Haec cum scirent sancti, eiusmodi tenuerunt suae conversationis institutum. Quae enim nunc praecepit Dominus, eadem quoque ante suum in carne adventum locutus est in sanctis: et hoc institutum homines ad perfectionem ducit. Nam quod Deus iusserit, id omnino faciendum est. Ideoque et ipsum Verbum propter nos homo factum, non indignum putavit, cum quaereretur, quemadmodum et nos, abscondere se, et cum persecutionem pateretur, fugere, et insidias declinare: cum autem a se definitum tempus ipse adduxisset, in quo corporaliter pro omnibus pati volebat, ultro seipsum tradidit insidiantibus.

R. In medio Ecclesiae.

Lectio IX.

At vero sancti homines cum hanc quoque formam a Salvatore didicissent, (ab ipso enim et antea et semper omnes docebantur) adversus persecutores ut legitime certarent, fugiebant, et ab illis quaesiti, se abscondebant. Cum enim praestituti sibi a Divina providentia temporis finem ignorarent, nolabant insidiantibus se témere tradere: sed contra, cum scirent quod scriptum est, in manibus Dei esse hominum sortes, et Dominum mortificare et vivificare, potius in finem usque perseverabant, circumeuntes, ut ait apostolus, in melotis et pellibus caprinis, egentes, angustiati, in solitudinibus errantes, et in speluncis et cavernis terrae latentes, quoad vel definitum mortis

tempus veniret, vel, qui
tempus ipsum definierat,
Deus cum eis loqueretur,
et insidiantes cohibe-

ret, aut certe persecuto-
ribus eos traderet utcum-
que illi placuisset.

Te Deum.

CAESARAUGUSTAE:

DE EMI. AC RMI. CARD. ARCHIEP. LICENTIA: TYPIS MARIANI A SALAS.

MDCCCLXXXIII.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

